Decretum

¶ Incipit Decretum

De materia decreti paululum quip-
piam ꝓ eius dumtaxat cognitione dicturi: pmittimus. Decre-
tum idem eſſe quod ſtatutum vel conſtitutiōem. ⁊ que ſit diffe- Decretum
rentia inter decretū. iuſſum: auctoritatem ⁊ conſenſum no. in.
c. j. de re. ecc. non alie. ⁊ Bar. in. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff.
de acq̄. here. Et ſumitur decretum qn̄qꝫ ꝓ ſentētia diffinitiua
ff. de off. pcō. l. nec quicq̄. §. vbi decretum. ⁊. l. ptor. §. j. ff. de
iudi. ⁊. ff. de re. iudi. ſi decreta. Qn̄qꝫ ſumit̄ ꝓ ſimplici petitione data iudici. C.
de pc. impe. off. l. i. Quandoqꝫ ꝯtiner permiſſionē vel diſpoſitionem iudicis ab-
ſolutōem vel condemnatiōem non continentē. vt in iuriſdictiōe preciſe volunta-
ria vbi nemo citandus eſt. ff. de bo. poſſ. l. iiii. §. pe. Quandoqꝫ dicit̄ decretum
electio de aliquo facta ad aliquod officiū. ff. q̄ cuiuſqꝫ vniuer. l. item eorum. §. ſi
decuriones. de elec. innotuit: qn̄qꝫ dicit̄ in integrū reſtitutio. ff. de poſtu. li. §. de
qua. Quandoqꝫ dicunt̄ decreta patrum ſtatuta vt hic. et. j. xx. diſ. ſi decreta. Et
fuit compilatū a magiſtro Gratiano anno dn̄i. M. c. v. ſm formā appellatiōis q̄
ponitur. ii. q. vi. §. forma. Sed vt glo. ibi dicit colligi ex cronicis q̄ fuerit. M. Compilatio
c. l. Et hoc decretū non eſt approbatum quo ad dicta Gratiani: ſed bene q̄ ad cō- decreti
pilatiōem et alia. de quo p Jo. an. de big. debitū. de reſcrip. ex pte. j. no. hug. et
arch. xi. diſ. q̄s neſciat. ⁊. l. diſ. de his. Et diuidit̄ totū op⁹ i tres ptes. Jn diſtin-
ctiōes: cauſas: ⁊ tractatū ꝯſecrationū. Diſtinctiōes pmittunt̄ quaꝝ ſunt centum
et vna: in quib⁹ tractat̄ de origine iuris diuini et humani: ⁊ de ordinatiōe vita ⁊ Diſtinctiōes
moribus clericoꝝ: et eorum officiis. Cauſe ſunt triginta ſex: que per modum po- Cauſe
ſitionis formant̄: ⁊ ſub eis varie queſtiones ex cauſis ipis emergentes ⁊ inciden-
tes explanant̄. Sed ſub. xxxiii. cauſa. poſt tertiam eius queſtiōem in qua mentio-
nem fecerat de penitētia. inſerit̄ tractatus de penitentia: habens ſeptē diſtinctio-
nes. Poſtremo aūt ponitur tractat⁹ ꝯſecratiōis. cū quinqꝫ diſtinctionibus vſqꝫ
ad finem continuatis. De huius libri diuiſione ita ſolet tradi verſus. C. diſtin-
guit. ⁊. i. dans cauſas. x. tria cum. vi. Penitet quinqꝫ verſum. Sed conſecrat
quinqꝫ viceuerſum.

¶ Sed de his ad preſens ſatis: ne longiores reperiamur q̄ꝫ
ab initio polliciti ſum⁹. habes o lector laborē quidem precipi-
tatum: ⁊ quo ad potuimus abbreuiatum: in plurimis tamē
nō ingratū aut iniucundū tibi fore ſcio. Penſa animū noſtrū
quem non plebeium lucrum: non popularis aura: ſed cōmu-
nis ſtudentium vtilitas: ad huius opuſculi cōſummationem
allexit. Tuoqꝫ fauebis Sebaſtiano: ſibi ſi q̄d de te bene me-
ruit longa ſtamina: fuſoſqꝫ lanificum ſororuꝫ non faſtiditos
Jmmo vero continuatos precando.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iamq; Vale studioſe puer: perdiſce libellos
Hoſce: neq; addubita teq; quia digna leges
Contigimus portum placidis comitantibꝰ curis
Et premit optatum noſtra carina ſolum
Lintea feſſa quidem: remiq;: ratiſq;: manuſq;
Quod meruit naulum nauita ferre cupit
Diſce docendus adhuc, tenerū bene digere tempꝰ
Eſt aliquid ſaltem diſcere velle. Vale.

¶ Impreſſum Baſilee per Michaelem furter
atq; per Sebaſtianū Brant (licet per
functorie) reuiſum. Anno ſaluti
fere incarnatiōis. atq; au
rei iubile. i Milleſi
mo quingēte
ſimo kal.
ſeptē
bri
bꝰ

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf